

sideribus pulchrè differens, de his orbibus quicquam
habet. 3. Neq; credibile est ob unius stella vel come
tæ circumrotationem orbem factum: Sed potius
ipsi astro ad motum aptiori vim motricem inditari
4. Et si stella non propriâ virtute, sed alienâ traheretur; esset motus ille violentus, adeoq; non diutur
nus. 5. Positis primò 9. vel 10. orbibus, deinde alijs
pro nobis stellis, item pro nobiter inventis planetis
præterea tot circulis & circellis, et eccentricis, con
centricis, æquantibus, deferentibus, epiciclis ma
gnis & parvis, &c. quæ non mutua collisio, quæ non
sectio, tractio, vacuum? 6. Præsertim cum Mer.
Sole aliquando sit humilior, & ♃ atq; ♄ Sole non
numquam superiores; sequetur horum quatuor or
bium intersectio & corporum penetratio. 7. Et com
modius meliusq; excusari possit motuum diversitas
ex ipsis astris, si dicatur esse unus simplex stelle mo
tus ab ortu in occasum hoc modo: Cogitetur stella
moveri continuè ab oriente in occidentem, ita ut
24. horarum spatium non integrum circulum absol
vat; sed tantò minus, quantum aliàs motus stella
secundus dictus exigeret. Sic ob motum trepidatio
nis adeò exiguum, ut vix longo tempore sensibilem
præbeat mutationem, cur nobis orbem effingemus?
potest enim mobile ab ortu in occasum moveri, ut
nonnumquam declinare videatur nonnihil latera
liter in hanc vel illam partem. Quæ omnia ube
rius explicata videantur in Astrol. nostrâ quest.
325. &c.

Tan-